Altera ex parte Petrus cum cruce et gladio
Genuenses et Pisanos confortabat animo.
Et conduxerat huc principes cetum ~~apl~~ apostolicum,
Nam videbat signum sui cum scarsellis populum.

Et contra Agarem concurrunt similiter.
Telis, spatis et sagittis hos petunt ostiliter.
Fit hic pugna dura nimis; sed in parvo tempore;
Nam ceperunt Agareni statim terga vertere.

Misit namque Deus celi angelum fortissimum,
Qui Senacherib percussit in nocte exercitum.
Quod ~~Hoc~~ cum vident hi qui stabant intra muros, fieri,
~~stabant intra muros fieri~~

Obserabant portas illis, qui fugebant miseri.

Occiduntur et truncantur omnes quasi pecudes.
Non illis fortitudo, qua possint resistere.
Perimuntur in momento paganorum milia,
Antequam intrarent portas et tenerent menia.

Postquam desuper et subter intrarent fortissime,
Pervagantur totam urbem absque ulla requie.
Occiduntur mulieres, virgines et vidue,
Et infantes alliduntur, ut non possint vivere.

Non est domus neque via in tota Sibilia,
Que non esset rubicunda et ~~et~~ sanie livida. ~~[illegible]~~

~~Et infantes alliduntur~~
~~Occiduntur mulieres~~ ~~virgines et vidue~~
~~Et infantes alliduntur~~ ~~ut non possint~~
Tot ~~[illegible]~~ [illegible]enorum erant cadavera misera,
Quae exalant iam fetorem per centena milia.